Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



61

m ea Filia babilonis miserea beatus q retribuet tibi
retributionem tuam quam retribuisti nobis Beatus q tenebit et allidet paruulos suos ad petram Glia. Alleluia. Ymnus cantate nobis de canticis syon. Feria Sexta Sexta Ps. Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti
omnia uerba oris mei In conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo super misericordia tua et ueritate quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum In quacumque die inuocauero te exaudi me multiplicabis in anima mea Confiteant tibi domine omnes reges terre quia audierunt omnia uerba oris tui Et cantent in
uiis domini quoniam magna est gloria domini Quoniam excelsus dominus et humilia respicit et alta alonge cognoscit Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et saluum me fecit dextera tua Omnis retribuet pro me domine misericordia tua in secula opera manuum tuarum ne despicias Glia. Alleluia. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus
Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam Intellexisti cogitationes meas de longe semitam meam et funiculum meum inuestigasti Et omnias meas praeuidisti quia non est sermo in lingua mea Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima et antiqua tu formasti me et posuisti super me manum tuam Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est et non potero ad eam Quo ibo a spiritu meo et quo a facie tua fugiam Si ascendero in celum tu illic es si descendero ad infernum ad es Si sumpsero pennas meas diluculo et habitauero in extremis maris Etenim illuc manus tua deducet et tenebit me dextera tua Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me et nox illuminatio mea in deliciis meis Quia tenebre non obscurabunt a te